

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Westphaliae Totivs, Finitimarvmqve Regionvm Accvrata Descriptio

Sgrooten, Christian

[Antwerpen], 1579

[urn:nbn:de:gbv:45:1-314806](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-314806)

Qui olim Saxones, postea se Octyphalos et Westphalos dixerunt. Quorum summe disceptationes Octyphalorum autem vocabulum autem in Saxonia demum eius annis. At Westphalos in hodiernam usque diem nomen retinet. Quibusque locum spatium respiciunt.

Carta Top. et Polit. 30^{ta} p. 179. Anni 1779.

WESTPHALIAE TOTIVS, FINITIMARVMQVE REGIONVM ACCVRATA DESCRIPTIO.



Christoph Schöner, Kupferstecher in Leipzig.

L 185 22525 1,1



Regio inter Vifurgim & Rhenum fluuios poſita, extendit ſe verſus Meridiem Haſſiam ferè vſque; latus ſuum Septemtrionale autem cum Friſiis coniungit. Fluuij qui eam irrigant ſunt, præter alios ignobiles, Amafiſ & Lupiaſ. Regio eſt fatiſ frugifera, ſed earum rerum quæ magis alendis gregibus quàm hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, vt ſunt poma & nuceſ, item glandeſ, quibus ſaginantur porci, hiſ enim in primis abundat, & horum pernaſ fumo exſiccataſ longè lateque apud exteroſ diſtrahunt: nomen enim inter cupediaſ menſarumque deliciaſ merentur perna: Weſtphalica, vt vocant. Haſetiam crudaſ edere, incolis non inſuaue eſt. Fertilioꝛ eſt circa Suſatum & Hammonem; & fertiliſſima in ditione Paderbornenſi ac Lippienſi. Compacſua eſt Monaſterienſiſ diœceſiſ, item iſ tractuſ qui alicubi Vifurgim fluuium reſpicit. Nemoſa eſt per totam Surlandiam, & Bergenſem Comitatum; metalliſ non caret in ditione Colonienſi, & Comitatu Marchico. Gentem habet regio venuſtam, elegantis & proceræ ſtaturæ, fortem robuſtamq. corpore, & audacem mente. Militiam habet copioſam, promptamque ad arma, & mox paratam.

Comitatuſ & domuſ illuſtreſ quæ huic regioni adſcribuntur, ſunt ex Roleuingij ſententia, Comitatuſ de Benthem, Teckelborg, Marcka, Waldecka, Spiegelberg, Dintflaken, Oldenburgum, Diepholdum, Raueſburg, Limburg, Arneſburg, Ritburg, Lippe, Buren, Reke- linchufen, Ludinchufen, Steenuorde, Horſtmaria, Borchlo, Brunck- horſtum, Gemme, & Cappenberg: quibuſ addit Hamelmannuſ, Del- menhorſt, Lingen, & Sterneberg. Populi ſunt in hac regione Surlan- di, atque ij in tractu Colonienſi, & Comitatu Marka: Bergenſeſ, qui à montibuſ nomen habent, & ſubſunt duci Cluenuſi: Emelanſi, in ditione Monaſterienſi, accolæ Amafiſ fluuij verſuſ Friſiam: Slachterlan- di, atque hi in eadem ditione, prope Cloppenburg: & Norlandi (quafi dicas Septemtrionaleſ) in tractu Ofnaburgenſi: item Delbruggi, in diœceſi Paderbornenſi.

Veræ Weſtphaliæ ciuitateſ primariæ ſunt Monaſterium, Duſſeldor- pium, Weſalia, Oldenburg, Ofnaburgum, Minda, Heruordia; & mi- noriſ nominis, Widenbrugge, & Coeſfeldt.

Weſtphaliã, veterem & veram Saxoniam nonnulli vocant; pu- tantq. olim à Cheruſciſ populis inhabitatã, quorum principem fuiſ- ſe Arminium illum, à quo caſum Quintilium Varum cum tribuſ le- gionibuſ, ſcribunt Tacituſ & Velleiuſ.

Hanc regionem deſcripſit peculiari opuſculo Hermannuſ Hamel- mannuſ, ex quo ſummariam hanc huiuſ typi enarrationem contexui. iſ ſuoſ auctoreſ nominat V Vernerum Roleuingium, Gobelinum, & alioſ minuſ clariſ, mihi haectenuſ incognitoſ. Studioſuſ lectoꝛ poteſt hiſ Crantzij Saxoniam adiungere. De hac regione hoc prouerbium vulgo dicitur:

*Hofſitium vile,
Cranch broot, dun beer, langhe mile,*

*Sunt in VVeſtphaliaſ
Quinon vultuſ credere, loop da,*

48

ALBERT 043
Koster 0305

43

WESTPHALIA

